

domum Rose de christoforo de eadem terra salparum et iuxta viam puplicam et qui alii sunt confines. Item peciam unam de Terra scitam in pertinentiis Salparum iuxta hos fines videlicet iuxta terras Capituli Maioris Ecclesie Salparum. et iuxta terras dompni Bartholomei cantoris Maioris Ecclesie Salparum et si qui alii sunt confines. Item peciam aliam de Terra Capacitatis salmarum sex. scitam in contrada Mandrarani in pertinentiis Salparum iuxta hos fines videlicet iuxta terras hospitalis que fuerint quondam Templi. iuxta terras Sancte Margarite et iuxta terras Sancti Lazari et si qui alii sunt confines. Item peciam aliam de terra capacitatis salmarum quindecim scitam (*sic*) in contrada Guardiole in pertinentiis Salparum iuxta hos fines videlicet, iuxta terras montis Sacri. iuxta terras Andree de guastavilla. et iuxta terras dentayte de Salpis. et si qui alii sunt confines. Et peciam aliam de Terra scitam in pertinentiis Salparum in contrada petre cinname iuxta hos fines videlicet iuxta terras montis Sacri. et iuxta terras Gualatelli de guastavilla de salpis et si qui alii sunt confines. de assignacione quarum domorum et terrarum ad petitionem et instantiam dicti fratris Martini factum est exinde presens puplicum Instrumentum scriptum per manus mei predicti Symonis puplici Salparum notarii solito signo meo. sigillo et subscriptione mei predicti Iudicis. et nostrum subscriptorum qui interfuimus testium subscriptionibus et subsignationibus Roboratum. (*Segue il segno*).

† Signum crucis proprie manus Nicolai de alibreda q. s. Salparum Iudicis scribere nescientis. (*Si notano i fori ma manca il sigillo*).

† Ego Andreas puplicus salparum notarius testis sum.

† Ego Andreas Mathei testis sum.

† Ego palmerius bonacursi t. s.

† Ego Iohannes magistri marci testis sum.

N. 59.

A. D. 1316

(14 ottobre; Indiz. XIV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quasi rettang.: alt. m. 0,31; larg. m. 0,25.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Georgius de Spiritibus</i> , procuratore della Chiesa di S. Maria, a nome del Capitolo, concede ad <i>Angelus et Nicolai f. Simeonis de Amicis</i> una casa, posta <i>in pictagio Sepulcri</i> , a censo di un'oncia, per lo spazio di dieci anni.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo sextodecimo, Regnante domino nostro Roberto *etc.* regnorum suorum anno septimo. Mense Octubris quartodecimo die eiusdem quatedecime Inditionis apud Barolum. Nos Iohannes de Maurone Regalis Baroli Iudex Magister Spina puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liciterati *etc.* fatemur quod predicto die constituti in nostrum presencia providus vir dompnus Georgius de Spiritibus procurator seu vicarius ut constitit Nobilis et discreti viri abbatis Pa-